



nibus pretium ejus. Mulier hæc fortis, ut multo- rum est sententia, est sacratissima Virgo Maria, quia immaculata gloriose exiit victrix, ac triumphatrix de omni dæmone. is alituta, ac machinatione: tamen subditur: procut, & de ultimis pñibus pñitum ejus; nempe à Cælo Empyreo, cujus tota majestas in eam descendit. D. Bernard. homil. 2 super Missus, P. ocul. de ultimis sñibus, pretium ejus, non vile, non parvum, non mediocre, non de terra, sed de Cælo, nec de Cælo proximo terris, pretium fortis hujus mulieris, sed à summo Cælo egressio ejus.

163. Virgo Maria tanquam celeste manna de Cælo descendit, ut multa gratiarum largitas in omnes deflueret: celestique populo ex utero ejus efformato reficerentur. D. Amb. in Ps. 21. Ipsam Mariam dixerim, quia est subilis, & splendi. sua vis & virgo, quæ velut cælestis veniens, cunctis Eccl. sñarum populis, cibum dulciorem melle deflucit.

264. Qui viderit, ego, ait, Christus Dominus, faciam enim columnam in templo, scribamq. e super eum nomen Dei mei ac scribam in nova: scilicet Virginis Mariæ; ut scilicet ipse iustus, ac Sanctus vincens mundum, sit & agnoscat. r. ab omnibus, ut Filius adoptivus Dei, ac Virginis Mariæ; sic, & agnoscat. r. ab omnibus, ut verus servus, ac fidelis minister Dei, & Virginis Mariæ; & hoc pro magno præmio assignatur, p. o. magnaque gloria conceditur, quod quæ sit servus Dei, ac Virginis Mariæ, & nul. us. fan. major splendor excogitari valet.

265. Eximio cultu, ac magno vestium apparatu, multarumque gemmarum, ac auri pretiositate induebatur antiquus Pontifex, & inter cætera mandatur, Exod. 28. num. 16. Facies laminam de auro purissimo, in qua sculpses opere calatoris Sanctum Domino. Quod in thiara Pontificali super caput ligabatur; super pectus portabat Sacerdos Rationale ibid. n. 15. In quo præter duodecim illas gemmas, aliam singularem Rationali concedit D. Anselmus, forte ad amantes ut putavit Anastasius, Nicenus q. 38. in Sacram. Scripturam quæ sacratissimam Virginem Mariam obumbrabat. Afferat D. Anselmi catmna in Psalt. Virg. p. 3. ubi pro conclusionem salutationis. B. Mariam gemmam singularem Rationalis his verbis decantat.

Ave gemma singularis, Habens scripta mysteria In æterni Pontificis Rationali postica. Ave sola Virginis, Cujus Deus secunditas, Nostrium superhumeralè Divina sit ex virtute.

163. Juxta ergo D. Anselm in capite gestabat Pontifex nomen Dei scriptum, & in pectore nomen Virginis Mariæ; pro quo audiendus est Arnold. Carnoten. tract. ultimo de verbis Domini in Cruce, Hæc thiara, ait, quæ caput regit, & ornât Pontificis, totamque ejus pulchritudinem coronat, & protegit, omnes sensus capitis Deo indicat consecratos. In suo eximio cultu, ac ornatu feret Pontifex nomen Dei in capite, & nomen Virginis Mariæ in pectore, ut se totum secundum omnes suos sensus, cogitationes, ac affectus Deo, ac Virginis Mariæ, obsequio con-

secratum indicaret, & nulla major dignitas, nullusque totius ornamenti illustrior splendor, quam quod quis agnoscat, ut servus Dei, ac ejus sanctissimæ matris Mariæ.

266. Benedicens Isaac filium suum Esau ait illi; Fratri tuo servus, Genel. 27. n. 40. Servitus valde dura, & gravissima homini, præcipue Esau, quod cum esset primogenitus, & major natu Jacob, quomodo ergo pro benedictione, ac singulari dono ei datur, quod fratri suo serviat? S. Amadæus ferm. 2 de Annunt. Fratri tuo servus Jacob, ait, de cuius semine egredietur virga Jesse, & filius de radice ejus. Cum ergo in semine Jacob contineretur sacratissima Virgo Maria, in ipsoque repræsentaretur, Parens intime diligens filium charissimo suo pignori nullam majorem benedictionem impendere poterat, quam quod servus illius fieret, in cuius virtute Virgo Maria apparet; in eoque Virginis imago repræsentabatur.

QUESTIO XXXII.

Quare Christus hic quater repetit nomen Dei, & semper Deum suum dicens?

267. Sæpe Christus hic repetit nomen Dei, ad idem pronomen meum: In templo Dei mei. Et iterum, scribam nomen Dei mei. Sæpe Christus qua homo patrem appellat Deum suum; quod non solum spectat ad summam reverentiam Divinæ Majestatis, & ardentissimum amorem erga Deum, sed etiam ad gratificat onem, ac gratiarum actionem ob tantam beneficentiam, tum sibi, qua homo; tum fidelibus suis per eum collatam, spectatque etiam ad profundam Christi humilitatem, secundum quam prædicat vile, & abjectum humanitatis, quæ minor est Patre, & abscondit & tacet suam Divinitatem, quæ æqualis est Patri, & filius ejus naturalis. Joachimus abbas. Ipse cum in forma Dei esset, ait, non rapinam arbitratus est esse se æqualem Deo, sed semetipsum exinavit, formam servi accipiens, ut esset in aliquo modo minor Patre, aut dici quomodolibet posuisset; nos autem elationis fastu super nosmetipsos insensu exte. n. d. mus. Abjecta nostra abscondentes, & quid decoris in nobis est, manifestantes.

268. Quæstio tamen principaliter inquit, cur Christus quater hic repetit nomen Dei mei, In templo Dei mei, Secundo, Scribam super eum nomen Dei mei. Tertio, Et nomen civitatis Dei mei. Quarto, Quæ descendit de Cælo a Deo meo?

269. Respondet ad quæstionem, quod quaterna illa repetitio nominis Dei indicat cum unitate essentia: Trinitatem Personarum, quam hic voluisse innuere credibile est. Nam und nomen Dei, In templo Dei mei, insinuat personam Patris, cui proprium est principium aliarum Personarum, quas veluti in sinu suo continet. Ioan. 1. num. 18. Unigenitus, qui est in sinu Patris. Secundo, Nomen Dei mei insinuat personam Verbi cuius proprietas est Patrem manifestare: Manifestavi nomen meum hominibus. Ioan. 17. n. 6. Civitas

270. Civitatis Dei mei, insinuat Personam Spiritus sancti, cujus est per gratiam adunare fideles in unâ Ecclesia. Ad Ephes. 4. n. 3. Servare unitatem spiritus in vinculo pacis, Quarto descendit de Cælo a Deo meo, denotat unitatem deitatis, & unum deum; quia ad opera ad extra se habent divinæ Personæ per modum unius, & ut unus deus ea operatur Genel. 1. n. 1. In principio creavit Deus; ex Hebræo, Elohim, id est dñi; quomodo Moyses contra leges Grammaticæ conjunxit numerum pluralem cum singulari: ut statim in exordio denotaretur Trinitas Personarum, cum unitate essentia: quæ est unicum principium actionum ad extra.

270. Voluit ergo Christus d. hic denotare mysterium Trinitatis, ut præclarissimum auspici- um ac prænoscentium i lius, qui vincit, & sit columna in templo dei, quod multis magnis donis replendus esset; in lamina aurea ligata super thiaram erat sculpsit opere calatoris, Exod. 28. Sanctum Domino Exod. 28. n. 26. quod à Græcis inteligitur nomen Sanctum tetragrammaton, ab Hebræis nomen Iohovab, quod quatuor litteris erat scriptum, ut notat Philo Hebræus lib. 1. de vita Moysis & Hieron Epist. 28 ad Fabiol. m. & lib. 2. in Ezechiel. cap. 6. dicens, Lamina est aurea, in qua scriptum est nomen Dei Hebræis quatuor litteris; quæ literæ, ut tradunt D. Isidor. in Allegoriis, & Ethius in Biblia magna ad citatum c. 28 Exod obumbrabant sanctissimum Trinitatis Mysterium Iod. Patrem designat tanquam principium reliquarum Personarum; He Filium denotat per quem cepit esse omnis creatura: Tetra, quæ Hebræis est conjunctio copulativa, & significat Spiritum sanctum, qui est amor, & nexus Patris, & Filii, ab utroque procedentem. Quarto autem loco repetita litera He, significat essentiam divinam, quæ in omnibus tribus divinæ Personis una, & eadem indivisibilis, ac numerica est; & hæc lamina, ac hoc sanctissimo nomine, suo Pontificali cultu, & apparatu induebatur Pontifex, quando sanctuarum ingrediebatur, ut à deo pro populo gratiam, & misericordiam deprecaretur, sed ad quid tunc portat Trinitatis umbram? ut potissimum sui nempe ornamentum, & ut felicissimum auspici- um omnis gratiæ, & misericordiæ obtinenda: quæ sub tanto Triadis nomine demonstra- batur.

Ad hominis creationem tanquam incuntes consilium, tres divinæ Personæ dixerunt, faciamus hominem ad imaginem, & similitudinem nostram, Genel. 1. n. 26. & statim subditur, in textu n. 27. Et creavit Deus hominem ad imaginem & similitudinem suam: ad imaginem Dei creavit illum. Tertullian lib. de Resurrect. cap. 5. acutè filium Scripturæ ponderavit. Cur deus interrogat de hominis creatione, voci operationem apponit, & hanc operationem trina repetitione declarat. Facimus, ait primò sacer Text. deinde creavit Deus hominem. Tandem tertio ad in finem Dei creavit illum. Cur ergo deus qui solo verbo cuncta lucem, firmamentum, sem. lunam, stellas & cætera creavit, qui & solo verbo hominem ex nihilo poterat extrahere, voci actionem, & manum linguæ superaddidit: Et cur ter repetit sacer Textus verbum actionem indicans, faciamus, creavit, cum in aliarum rerum productione, semel tan-

tum dixit, fiat, vel creavit? Creabatur homo ad magnam felicitatem, ut non solum in hoc sæculo universi gauderet imperio, sed ut etiam in futuro æternitate sedes haberet. Et ad tantam felicitatem destinari non poterat, nisi sub auspicio sanctissimæ Trinitatis, & ideo in ejus opificio trina fit repetitio operationis ad indicandam personarum Trinitatem. Cum homo tanquam Dominus in tanto rerum apice crearetur. Tertull. citatus. Merito igitur, ait, ut formula, jussu, & imperio, & sola vocabuli potestate, universa processerant. Contra homo, ut Dominus eorum; in hoc ab ipso Deo structus est, ut Dominus esse posset, dum sit a Domino.

EPISTOLA SEPTIMA.

271. Apoc. 3. n. 14. Et angelo Laodiceæ Ecclesiæ scribe: Hæc dicit, amen, testis fidelis, & verus, qui est principium creaturæ Dei.

VERSIONES.

272. Syrus. Et angelo illi ecclesiæ, quæ Laodicea est, scribe hæc dicit ille amen, ille testis, ille fidelis, ille verus, illud principium creaturæ Dei.

273. Arabicus. Hoc est, quod dicit veritas testis meus fidelis, principium fidei Dei.

274. Riber. ex Gr. Qui est principatus creaturæ Dei.

275. Pagnin. Angelo Laodiceorum.

E X P O S I T I O X.

276. In Angelo, seu Episcopo Laodiceæ Ecclesiæ, quem multi volunt fuisse sanctum Segarem, Hæc dicit Amen. Et non est adverbium, ut volunt Primasus, & Ambrosius, sed est nomen, sive Epithetum Dei. Isai. 65. n. 16 vocatur Deus Amen, id est verus; ac proinde Hæc dicit Amen, id est, hæc dicit ille stabilis, verus, constans, & fidelis; seu ipsa stabilitas, veritas, & fidelitas. In omnibus Christus hic vocatur Amen, non tantum qua Deus cujus Epithetum est Amen, id est verus, & ipsa veritas, sed etiam qua homo verax fuit, & fidelis in sua doctrina, in suo testimonio, quod veritate perhibuit, in suisque etiam promissis, in omnibus fuit summa veritas.

277. Testis fidelis, & verus. Hæc est ratio, cur ipse dicitur, & vocatur Amen, hoc est verus, seu veritas; quia ipse est testis fidelis & verus, testis, inquam fidelis dei Patris rerumque divinarum, actuumque humanorum, qui de se ipso testatur. Ego sum via, veritas, & vita. Joan. 14. n. 6.

278. Quid est principium creaturæ Dei, scilicet Christus, qui est causa efficiens, exemplaris, ac meritorea rerum creaturarum (à quo scilicet, principi

Ephes. 4.

Gen. 1. Sub Trinitatis figura omne bonum impenditur.

270.

Exod. 28.

Philo.

D. Hieron.

D. Isidor. Euthius

266.

267.

Joachim.

268.

269.

Inimicus

Ioan. 17.

Ioan.

Tertull.

272.

Primaf. D. Ambro. Isai. 65.

273.

Joan. 14.

274.